



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio CX. De iurisdictione Episcopi in Monachos regulares delinquentes
privativè quoad Abbatem vel Priorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Nec refragatur, quod Abbas possit excommunicare, C. cum ab Ecclesiarum, de offic. ord. cap. cum ex Ecclesiis de major. & obed. cum similibus, Excommunicatio autem sit fori contentiosi, Abbas in C. cum contingat, num. 30. de for. comp. quia non propterea sequitur, Abbatem contentiosam jurisdictionem in criminalibus exercere posse, Hostien. in C. transmissam prope fin. vers. & hoc quod confirmatur de elect. Nam & curatus potest excommunicare, & tamē jurisdictionē contentiosam non exercet, itaque hoc fit respectu tantum fori pœnitentialis, sicut etiam faciunt ceteri Prælati inferiores. Buir. in d. C. cum cum contingat, num. 13. vers. quidam sunt habentes, Abb. num. 29. vers. puto tamen, num. 33. vers. quarta conclusio. Relectant tamen Domini videndum, an hæc jurisdictione Episcopo privativè ad Abbatem competens procedat, quando per viam inquisitionis proceditur.

DECISIO CX.

De jurisdictione Episcopi in Monachos regulares delinquentes privativè quoad Abbatem vel Priorem.

R. P. D. Orano.

Inter recent-
decis. 17. part. 2.

Cæsaraugustana exemptionis.

Luna 28. Martii 1588.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|---|
| 1. Episcopus de jure communi habet fundamentam intentionem privativè, quo ad Abbatem, & Priorem castigandi Monachos Regulares judicaverit, quando delinquent extra regulam, non solum per viam accusationis, sed etiam quando per viam inquisitionis proceditur. | 2. Monachi regulares non ab Episcopo, sed ab eorum Abbate corriguntur, & puniuntur, quando delinquent contra regulam, & aliàs eorum delicta extra regulam non essent delicta. |
|--|---|

Mmm 3

Relo-

Relolutum fuit, Dominum Archiepiscopum de jure communi in regulari
privative ad Abbatem, vel Priorem fundatam habere intentionem, non
dò quando judicialiter extra regulam in delictis per viam accusationis, sed
etiam quando per viam inquisitionis ad effectum publicæ vindictæ proceditur jura
nisi indistinctè potestatem corrigendi Monachos, etiam extra regulam delinquentes
Domino Episcopo tribuunt. *Capit. de persona, 11. quasi. 1. cap. qui verè, in princ. 16.*
quest. 1. cap. Abbas, cap. monasteria il. 1. cap. cognovimus, 18. q. 2. Aegid. conf. 5. num. 31.
Marian. in cap. qualiter, & quando, n. 84. de accusat. & in utroque casu eadem militan-
tio. Alia enim in præfenti causa considerata in contrarium allegata non repugnant,
quia loquuntur, aut quando versamur in delictis contra Regulam commissis, eaque
aliàs extra Regulam non essent delicta, ut puta si Regularis contra Regulam inli-
tutum comedat carnes, Abbati debitam reverentiam non præstet, & similia com-
mittat.

Nam in his nemo dubitavit jurisdictionem Abbati, aut Priori privative ad Epi-
scopum competere per deducta aliàs coram Reverend. D. Oriol. in illa Augustana
jurisdictionis. Aut etiam, quando delicta continent duplicem deformatam, videli-
cet, quia offendant communem conversationem, & regularem disciplinam, quia
sunt factum, Adulterium, & alia, quæ contraria sunt præcepto Dei, & eorum vota,
in his siquidem cognitio etiam per inquisitionem pertinet ad Episcopum, & Abba-
tem, seu Priorem, sed diversè respectu. Nam Abbas sine strepitu, & figura judicii
secundum constitutiones Regulæ contra nocentes, & sic per viam inquisitionis pro-
cedit. *Abb. in repet. C. si quis Clericum, num. 47. de foro compet.* Episcopus verò seve-
ra dispositione juris communis de qua in *C. qualiter & quando de accusat.* in eos ani-
madvertit. Quare Abbati, seu Priori concessa est quidem à jure facultas visitandi
Regulares, eos corrigendi, censuras in ipsos fulminandi, carceribus mancipandi, sed
cum temperamento, videlicet quatenus extrajudicialiter hæc faciat, & statuti Regu-
læ, tam in cognitione, quam decisione in hæreat, juribus hic per informantes alle-
gis, & ita decilum.

